



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

26. Dies Septemb. Si nobis animum boni viri liceret aspicere, ô quàm pulchram faciem, quàm Sanctam, quàm ex magnifico placidoque fulgentem, videremus? Seneca Epist. 115.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

762 Christiani Militis. Septemb
inops esuriens comederit, tunc census est, totum in misera
cordiam habere, quod habes. Tu sola rogari non nos
Tu oppressos vel cum diffendio tui incunctoranter eru
in qualibet necessitate constitutus. Tu caco rum oculu
tu pes claudorum. Tu scutum fidelissimum videntu
rum. Tibi oculos nunquam siccios esse, aut misericordia
permittit, aut gaudium. Tu tuos ita diligis immo
cos, ut inter eos, carosque tibi, quid distet, nemo discerna.
Tu inquam celestia humanis, humanae certibus jungi
arcana. Tu Divinu custodis. Tu in Patere imperas, in
filio obtemperas, in Spiritu Sancto exultas. Tu in
tribus unis, nullo pacto divideris, nulla humanae
ris statatis calumnia commoveris. A paterno fonte in
Filio tota refunderis, & tamen tota ubi refunderis, ne
recedis. Recte Deus diceris, quia Trinitatis personam
sola convertis. Hæc Zeno ex abundantia cordis in
laudem Charitatis. Quantis, Dei amans, cumulant
beneficiis, quantis occupatur negotiis! ut merito ex
clamat Poeta de quo vis, sed maxime Dei amante,
O Deus in quantis animis versatur amans.

26. DIES SEPTEMB.

Si nobis animum boni viri liceret aspicere, ô quam
pulchram faciem, quam Sanctam, quam ex mag
nifice placidoque fulgentem, videremus? Seneca
Epist. 115.

Virtutis I.
pulchri
tudo,

Quae Romani Philosophi, eadem
& mens est Romani Oratoris. (a)
Facies honesti, si oculis cerneretur,
mirabiles amores excitaret sui. Quid mirum cum idem
dicat;

(a) Cic. de finib. 75. Tus. 236.

Septemb.

Tessera.

763

dicat? *Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilis.* Qui ergo hactenus exposuimus Virtutum singularium indolem, proprietates, effecta, supereft, ut omnium peccatoribus subjiciamus facies, quibus accendantur ad virtutes acquirendas, acquisitas conservandas, conservatas accumulandas. Ordinamur ab ejus inexplicabili venustate. Tanta est virtutis elegantia, ut vel unius tantum intuitus, foret vi- tiorum omnium interitus. Est enim virtus decori flos, pulchritudinis viva effigies, Honestatis animatum simulacrum, philtrum animorum, magnes cordium, qui ferreos etiam animos ad se non modò tra- heret, sed raperet. (a) Elephas (teste Æliano) ferrox bellua, malieris formâ ita capitur, ut hebelcens ad ejus pulchritudinem, turbidos motus, violentiam remittat. Monoçeros cornu terribili, quem nullius hominis industria capere potest, ait Gregorius mag- nus, si virginem aspicerit, oris venustate formosam, placidus accedit, & quasi victus, arma furoris sui ad pedes abjicit. Idem dixeris de Virtute, cuius amabi- lis in omnem partem pulchritudo, tanta est, ut aspe- ctu deliriā mens, omnes motus, in belluis contra rationem incitatos, facilè coercent.

II. Hujus decoris singularis, Dei beneficio, in na- tura videmus micare scintillas, quæ sua luce advir- tutis amorem exsuscitant. Egregia hac dere Tul- lus. (b) *Sunt ingenii nostris innata semina virtutum,* quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam na- tura duceret. Atque hæc naturæ vis, à puerō in pueris parvis sàpè observatur, in quorum indole, virtutis splendor in pectus insitæ, & illuminatæ collucet.

Eimi-

(a) *De animali. l. i. c. 38.* (b) *l. 3. Tuscul.*

764 *Christiani Militis* Septemb.

Eminet etiam in fronte pudor, in oculis verecundia,
in toto corpore modestia singularis, prudentia in
dictis, in moribus innocentia, aliæque dotes, pre-
nuntiæ olim vitæ illustris. D. Basilius qui vidisse
in flore pueritiæ, scintillantem subinde vidisset
animo gratiam, nec dubitasset fore aliquando vi-
tutum insignium diversorum, quarum specimina
in communi Luce ponerentur. Sed, & aliud præ-
terea quiddam Dei Providentia instituit ad virtutis
commendationem. Spiritus enim sanctus ad com-
mune bonum generis humani, solet ad quoddam
genus Virtutis propensionem omnibus indere, in
quo præcellere honestum quiddam judicant, & na-
turam à primo ortu sic disponit, ut in eo inclinen-
tur. Naturæ lex genitisque, ait maximus Tyrius,

(a) In diversas partes emitit. Pythagoram ad Musicam,
Thaletem ad Astronomiam, Heraclitum in solitudinem,

Carnendem ad castitatem, Diogenem ad patientiam,

Epicurum ad voluptatem. Sed hic parvus vidit, nec

agnovit Spiritus Sancti motiones, quibus naturæ im-
becillitatem attollit, & inexplicabili destinatione, va-
riè varios, ad varias virtutes fingit: ut sint ceteris ex-
emplaria quæ æmulentur.

III. Observat Cyrilus Hierosolymitanus, (b) Spi-
ritum Sanctum, aquæ nomine, salientis in vita æ-
ternam, in Evangelio designari, ob divini Spiritus
operationes in multis varias, & mirandas. Una,
inquit, pluvia in universum descendit mundum.
Quæ alba quidem fit in liliis, rubra in rosis, purpu-
rea in hyacinthis, ac in diversis speciebus diversa, &
in omnibus fit omnia. Tum subdit, de Spiritu San-

cto

(a) Scrm. 19. (b) Catech. 86.

Septemb.

Tessera.

769

cto simile : illum se hujus linguae accommodare ad Sapientiam ; alterius animam illuminare in prophetia , illius Temperantiam corroborare ; alium instituere ad eleemosynam : docere alium jejunare, exerceri ad pietatem , & mundi res contemnere: alium præparare ad martyrium ; atque sic alia in aliis operari. Hic Spiritus se in animos insinuans hominum , exornat donis suis unumquemque , prout opportunum esse videtur. Virtus enim , ut fœcunda parens , multiplici fœtu gloria , obumbrantes Spiritu Sancto , in Abele innocentiam genuit , in Noë Spem , & Longanimitatem , obedientiam in Abrahamo , in Jobo invictam Patientiam , in Josepho Castimoniam , in Mose Mansuetudinem , in Davide Pœnitentiam , in Apostolis dignam Deo perfectionem. Hi omnes velut ab alto , & sublimi loco videntur unumquemque affari , & dicere : nihil esse Virtute pulchrius , nihil præstabilius , nihil hominum contentioe dignus , nihil honestius. Præ illa spernenda sunt omnes , & Midæ opes cum auro , & Cræsi gazæ. Dubitas ? Audi quod sequitur :

Gazas congestas , præcedit mentis honestas.

27. DIES SEPTEMB.

Tantò quidque vehementius volumus , quantò certius , quam bonum sit , intelligimus . *S. Augustinus lib. 2. de pecc. Merit. cap. 17.*

Desideriū 1.

Virtutis.

Quum sit Virtus , & venustate formosa , & dignitate magnifica , & estimatione pretiosa , ex prædictis satis fuit exploratum. Virtus tibi modò non tantum est de facie lev-